

Circumcisio domini nostri ihesu christi. Rome almachii martiris. qui iubente urbis praefecto &c. Miror hic, ubi de S. Concordio Mart. sermo est, in nullis Mss. Sollerio veram occurriffe lectionem: ac fame post in carcere maceratus; habet enim ferro. Pridie kal. Jan. extrema sunt: Renarie sancti hermetis exorciste. Et aliorum. Retiariae legit Sollerius, qui tamen in Codicibus etiam Reuarium invenit.

II. fol. 150. *Incipit prologus regule beati benedicti abbatis; cum ipsa Regula, prout multoties et separatim, et v. g. in Bibliotheca PP. Lugd. T. IX. in Lucae Holstenii Codice Regularum denuo edito a Mar. Brockie Aug. Vindel. 1759. T. I. p. 113. f. extat. Initium: Ausculta, o fili, precepta magistri &c. Capita nobis non nisi Rubricis impositis numerantur. Lectionis varietas non deest. Ita. C. 2. Qualis debet esse Abbas pro repetito barbaro meminere semper nobis latinus meminisse. Extrema sunt: deo protegente peruenies. At nunc continuo Rubrica de forma uisitacionis sequitur trifariam secta. Sectio I. incipit: In facienda uisitacione cautelam maximam &c. 2. Ex nimietate debitorum non tam periculum &c. 3. Ut conscienciis personarum et boni ordinis &c. Unde haec petita? Ex Nomaastico Cisterciensi, sive Antiquioribus ejus Ordinis Constitutionibus, quas collectas Julianus Paris Abbas edidit Paris. 1664. f. Inuenies ibi I. Sectionem Parte II. Dist. 8. p. 533. Sectionem 2.*

et 3. Parte I. Dist. 7. p. 318. Additur in Codice Formula Excommunicationis *Conspiratorum, Incendiariorum, Furum et Proprietariorum*, atque haec ferenda singulis annis in *Ramis Palmarum* praecipitur Parte ead. Dist. 6. p. 311. Quid hinc porro concludendum? Pictura *Martyrologio* praefixa Reginam ingeniculatam precantem exhibet, praefixa *Regulae Benedicti* per medium secta superiori parte S. Patriarcham sedentem adstante Monacho *Regulae* Codicem tenente, inferiori Reginam sedentem cum Libro procumbentibus ante eam duabus sacris habitu pullo virginibus velatis. Igitur rursus *Elisabetham* Viduam *Wenceslai* et *Rudolfi* saepe laudatam habemus hoc quoque Codice Parthenonem suum *Cisterciensem Brunnae* conditum donantem, quae, ut vult *Hagecius*, *Reginaebradecii* mortua apud suas condi voluit, teste *Anonymi Chronico* in *Gel. Dobneri Monum. Hist. Bohemiae* T. III. p. 55. 4. a. 1334. ut adeo fallatur *Gasp. Jongelinus*, qui *Notitiae Abbatiar. Ord. Cist. Colon.* 1640. f. L. V. p. 49. in ejus *Epitaphio* annum mortis 1376. adsignat.

DCCCXCV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 2156
XIV. Folior. nunc 202. fol. max.
per duas columnas caractere
luculento, atro magnifice per-
scriptus, coloribus illustratus, et prae-
cipuorum Festorum initiis pictura
deaurata splendidus est *Pars I.*
Leſio-

Lectiarii, quod de Tempore ab *Adventu* usque ad *Pascha*, de Sanctis vero a *D. Andrea* Apost. usque ad *B. V. Mariae Annuntiationem*, pro qua miniatori *Nativitas* subrepsit, progreditur. *Primae* tamen *Membranae* fere usque ad *Sabbatum* ante *Dom. IV. Adventus* exciderunt. Ad *calcem* *minio* legas: *Anno domini millesimo trecentesimo quintodecimo. Comparatus est liber iste. a Serenissima ac deo deuota domina Elyzabeth. quondam Regina Bobemie ac Polonie. ob perpetuam memoriam sui ac generationis suae. ut ad quodcumque Cenobium datus fuerit. perpetua memoria sui habeatur uiuae suae defunctae. ac genealogie suae. Principum siue Regum. Defunctorum. ut in sompno pacis dormiant. Uiuorum. ut prosperitate et incolumitate gaudeant. Posterum. ut in mille generationes crescant. Amen.*

DCCCXCVI.

R. 2155 Codex membranaceus ejusdem conditionis Folior. 302. est *Pars II. Lectiarii* ejusdem a *Pascha* ad *Aduentum* et a *D. Marco* ad *D. Andream* procedens. *Fol. 281.* Clausulam superiorem hic germanice redditam ita habes: *An dem Tusende vndan dem dri bundirten vnd an dem sechcenten iar. von christes gebort. Is ditz büch erzülget. Von der Hochgeborn vrowen. Vrowen Elzebeten. der werden zwire (duor. Regnor.) kuniginnen. zu einem ewigen ge-*

buknisse (memoriam ab ant. *Hugen.* meminisse, *Huge* animus) *iris namen. vnd allers* (pro all ihres) *geschlechtes fürsten vnd kunige. in welch closter ditz büch wirt gegeben. daz men ir da ewicliche gedenke. zum ersten der di da tot sin. daz di slafen in Gotes fride. vnd zu der ewigen freude kumen. di da noch leben. daz sich di vreuwen selde* (salutis a *Sal*) *vnd lanklebens. der nachkümeling. daz si in tusent gestechte wachsen. Amen.* Postea sequuntur *Lectiōnes IX. de Vita S. Hedwigis* ex *Actis Canonizationis* celebratae a. 1267. a *Clemente IV.* cum addito: *Summa indulgencie in die beate Hedwigis octo anni. CCC. dies. et tres karene.* *Lectiōnes XII. De undecim milibus uirginum. Lectiōnes XII. In festo spinee corone domini; et Lectiōnes VIII. de uita sancti wenceslai.* Erat olim inter religiosae Pietatis Opera sumtus facere in describendos *Codices liturgicos*, qui deinceps sacris *Locis* dono darentur, atque praefens ejusmodi illustre monumentum debemus *Matronae sanctissimae Elisabethae Przemislai II. Poloniae Regis filiae*, quae cum ab a. 1300. ad a. 1305. in toro fuisset *Wenceslai IV.* (all. II.) *Bob. et Pol. Regis*, eoque defuncto nupsisset *Rudolfo Austr. Alberti I. Imp. filio*, mox a. 1306. secundo hoc marito viduata *Hradecii*, quod *Reginae* dicitur, usque ad a. 1316. vitam egit, inde *Brunnam Moraviae* digressa in condito ab se a. 1323. sub *Castro Spil-*